Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376

Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

ex equo paruus et magnus per familias
suas in unamquamque portarum. Ceciditque sors
orientalis selemie. Porro zacha [al' semeie]
rie filio eius viro prudentissimo et
erudito sortito obtigit plaga sep
tentrionalis. Obed edom vero et filiis
eius ad austrum in qua parte domus
erat seniorum concilium. Sephima et
ohosa ad occidentem iuxta portam que
ducit ad viam ascensionis custo
dia contra custodiam. Ad orientem
vero levite sex et ad aquilonem iiii.
per diem atque ad meridiem similiter
in die iiii. et ubi erat concilium bini et
bini. In cellulis quoque ianitorum ad
occidentem quatuor in via binique
per cellulas. He sunt divisiones ia
nitorum filiorum chore et merari. Por
ro achias erat super thesauros do
mus domini ac vasa sanctorum. Filii le
dan filii gersoni. De ledan princeps
familiarum ledan et gersoni iehihe
li. Filii iehiheli zatham et iohel fratres
eius super thesauros domus domini
amramitis et ysaaritis et hebroni
tis et ozielitis. Subael autem filius
gersom filii moysi prepositus thesau
ris. Fratres quoque eius eliezer cuius filius
[mabia et huius filius] asaias et huius filius ioram. huius
quoque filius zechri sed et huius filius
selemith. Ipse selemith et fratres eius
super thesauros sanctorum que sanctificavit
david rex et principes familiarum et
tribuni et centuriones et duces ex
ercitus de bellis et manubiis preliorum
que consecraverant ad instaurationem
et supellectilem domus domini. Hec
autem universa sanctificavit samuel
videns et saul filius cis et abner
filius ner et ioab filius sarvie.
Omnes qui sanctificaverunt ea per ma
num salemith et fratrum eius. Isaa
ritis vero preerat chonenias et filii eius
ad opera forinsecus super israel ad do
cendum et ad iudicandum eos. Por
ro de hebronitis asabaas et sabi

as et fratres eorum viri fortissimi mille
septingenti preerant israeli trans iorda
nem contra occidentem in cunctis operibus
domini et in ministerium regis. Hebroni
tarum autem princeps fuit hierias
secundum familias et cognationes eorum. Qua
dragesimo anno regni david re
censiti sunt et inventi viri fortis
simi in gazer galaad. Fratresque eius
robustioris etatis duo milia dcc.
principes familiarum. Preposuit autem
eos david rex rubenitis et gaditis
et dimidie tribui manasse in omne
ministerium dei et regis. XXVII.

Filii autem israel secundum numerum suum
principes familiarum tribuni
et centuriones et prefecti qui mi
nistrabant regi iuxta turmas su
as ingredientes et egredientes per sin
gulos menses in anno xx. iiii.
milibus singuli preerant. Prime tur
me in primo mense siboam preerat
filius zabdiel et sub eo xx. iiii. mi
lia. De filiis phares princeps cunctorum
principum in mense primo. Secundi mensis [in exercitu]
habebat turmam dux achohites et post
se alterum nomine macelloth qui re
gebat partem exercitus xx. iiii. milium.
Dux quoque turme tertie in mense
tertio erat banaias filius ioiade
sacerdos et in divisione sua xx.
iiii. milia. Ipse est banaias fortissi
mus inter xxx. et super xxx. Pre
erat autem turme ipsius ammadab
filius eius. Quarto mense iiii. asa
hel frater ioab et zabdias filius eius
post eum et in turma sua xx. iiii.
milia. Quintus mense v. princeps
samaoth iezarites et in turma
eius xx. iiii. milia. Sextus mense
vi. yram filius acces thecuites
et in turma eius xx. iiii. milia.
Septimus mense vii. helles phal
lonites de filiis ephraim et in tur
ma eius xx. iiii. milia. Octavus
mense viii. sobachai asothytes de